

- 4007** T. Fl. Iulianus L... | duodecim dii[s] | sanctissimis | posuit.  
*Cittaducale prope Reate (Persichetti Notizie degli scavi 1891 p. 39).*
- 
- 4008** dibus deabus<sup>1</sup> | T. Iulius Placidus<sup>2</sup> | v. s. l. m.  
*Barcinone, octo arae iisdem verbis inscriptae (II 4496 vidit Huebner). —*  
1) deab. pars ararum. — 2) Idem memoratur II S. 6154. *Videntur fuisse hae bases numero duodecim et sustinuisse nota sex paria deorum earumque (Mo.).*
- 
- 4009** omnibus diis | et Caesaribus.  
*Vimercate in agro Mediolanensi (V 5736 semel descripta).*
- 
- 4010** sacrum deum dearum | voto suscepto dedicavit | C. Paetius Rufus.  
*Prope Tuder rep., deinde Romae (VI 104. XI 4637 descr. Marinius).*
- 
- 4011** sacrum | dis magnis | maioribus et | sanctissimae | sanctitati | Ulp. m. p. f.  
*Lasko in Hungaria (non longe ab Eszeg sive Mursa) rep. a. 1785 (III 3292 semel descripta).*
- 
- 4012** sancti|tati | Iovis et | Augusti | sacrum | Lucilius | Cesti (rota) f.  
*St.-Privat prope Nemausum (XII 2984 vidit Allmer).*
- 
- 4013** dibus | maioribus | Aurelius | Secundinus | v. s. l. m.  
*Topusko, ibi ubi N. 3910 (III 3939 cf. III S. p. 1740 semel a nescio quo sed accurate ut videtur descripta).*
- 
- 4014** Maioribus | sanctis L. Nae|vius Campanus | kast.<sup>1</sup> leg. IIII Fl. | pro salute sua et | suorum v. s. l. m.  
*Aquinci rep. (III 3464 vidit Mommsen). — 1) Vel excidisse praefecti vocabulum vel certe intellegi debere praefectum castrorum putat Momms.*
- 
- 4015** sei deo sei deivae sac. | C. Sextius C. f. Calvinus<sup>1</sup> pr. | de senati sententia | restituit.  
*Romae in montis Palatini angulo qui est inter septentrionem et occidentem, loco ut videtur antiquo, ara ex lapide Tiburtino (1632; VI 140 cf. 30704. Ritschl tab. LVId). — 1) Vix is qui fuit consul a. u. c. 650, fortasse is qui memoratur Cic. Brut. 34, 150, de orat. 2, 61, 249, illius ut videtur filius (Momms.). — Hanc esse aram quae Aio Locutio ad Palatii radices supra aedem Vestae in infima Nova via propter vocem divinam ibi ante Gallorum adventum auditam statuta est (Varr. ap. Gell. 16, 47; Liv. 5, 32, 6; 50, 5; 52, 41 cet.) coniecit Momms., negat Huelsen (VI 30704).*
- 
- 4016** si deo si deai, | Florianus rexs.<sup>1</sup>  
*Lanuvi (Civita Lavigna) rep., basis ex lapide Albano (Gatti Notizie 1890 p. 248; vidi ectypum). Litterae indicant saeculum p. Chr. alterum. — 1) Rex puto sacrificulus municipii Lanuvini.*
- 
- 4017** sei deus | sei dea.  
*Tibure rep., cippus ex lapide Tiburtino litteris antiquis, nunc Romae (XIV 3572 vidi).*